



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs LXXXIIII. Quàm dilecta tabernacula tua, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Sic tuum discent celebrare numen,  
Nosses sic discent tibi nomen esse,  
Quo nec in toto mundo sit colendum  
Numen in orbe.*

PSALMVS LXXXIIII.

*Quam dilecta tabernacula tua, &c.*

**Q**uam plena est Dominilaticea domus,  
*Quam sunt mira Dei gaudia Zebaoth,  
Ac aedes Domini, templaque suavia,  
Quae sacra Ioue maximo.*

*Quam templi, mea mens, expetit atria,  
Quanto ardore animus sacra Dei petit,  
Et querunt Dominum corporis intima,  
Deum Iehouam et expetunt.*

*Quam sedem reperit passer, ibi manet,  
In tuto posita est cuncta avis, aetheris  
Ac tectum volucris condit, & artifex  
Hirundo nidum preparat.*

*Ast altare tuum, mi Deus, expeto  
Rex regum, Domine, ac dux dominantium,  
Felices tua qui templi vident, ii  
Tollunt Iehouam laudibus.*

Y 2

Felix,

*Felix, cui sociat se Deus optimus,  
Felix, qui Dominum corde pio colit,  
Felix, qui Dominum tollit honoribus,*

*Felix, Iehoua cui fauet.*

*Per deserta meant, efficiunt sibi  
Fontes: rore rigant arida & hiloca,  
Ornanturq; pii feruidi honoribus,*

*Cunctis abundant gaudiis.*

*Et sunt laus Domino, et gloria Maximo,  
Et victis validis hostibus vndiq;,  
Hoc tandem efficiunt, natio qualibet*

*Vt unicum Deum colant.*

*Tu noster clypeus, noster & es Deus,  
Vncti regnat ui respice maxima,  
Zelotes Deus o, percipe voculam,*

*Quam guttur edit languidum.*

*Annorum antefero millibus, unicum  
In templo Domini: prafero & atria  
Hac templi Domini, Principis impii*

*Splendore clara regiae.*

*Pralucens mihi sol, est clypeus Dens:  
Profert namq; Dei gratia, gloriam:*

Non

Non summi bonitas destituet pios,  
Felix, Deum qui diligit.

PSALMVS LXXXV.

Benedixisti Domine terram &c.

Pater ito fueras nobis qui tempore clemens,  
Eripiens vinclis pignora fida Iacob:  
Quiq tuo meritas populo dimittere pœnas  
Es solitus, patrio crimina more tegens:  
Cuius iusta licet nobis tamen ira pepercit,  
Sapius & vinci se bonitate tulit:  
Nunc tua soletur miseros nos gratia rursus,  
Sis placidus nobis propitiusq, Pater.  
Asper eris num perpetuò, nec lenior unquam,  
Vis fieri? haud flecti te pietate sines?  
Parce, precor, nostri miserere, ignosce benignè  
His, tua qui digno nomina honore colunt.  
O vtinam Dominus pacem promitteret aliam:  
Hac mihi melle magis dulcia verba forent:  
Ne recidens ad stulticiam formidine vana  
Turbetur dubio tempore sancta cohors.  
Attamen auxilio firmat Deus & iuuat ipsum,  
Qui vereq; timent, speq; fideq; colunt.